

MÉMOIRES
ET
DOCUMENTS

Publiés par

LA SOCIÉTÉ D'HISTOIRE DE LA SUISSE
ROMANDE.

I.

LAUSANNE,
IMPRIMERIE ET LIBRAIRIE DE MARC DUCLOUX.

—
1858.

PIÈCES JUSTIFICATIVES

CONCERNANT LE MÉMOIRE

SUR LE

RECTORAT DE BOURGOGNE.

MÉMOIRE

SUR

LE RECTORAT DE BOURGOGNE,

PAR

M. Fréd. de Gingins.

« *Pro re Burgundæ, et pro libertate
suorum.* »

(Gollât, Lib. IV, capt. VII).



XIII.

(Page 94, N° 210.)

Charte de fondation de l'Abbaye du Lac de Joux, par
Ebal II, fils de Falcon, Seigneur de Grandson.

(a° 1140)

Extrait de la grosse des fondations et droits de l'Abbaye du Lac, cotté
N° 29, (du 16^e siècle) aux Archives de Lausanne.

Reperitur in eadem abbatia scriptura antiqua cujus tenor sequitur, et fuit de anno millesimo centesimo quadragesimo.

— Quoniam genus humanum primi parentis transgressionem defective memoriæ vicium contraxit placuit predecessoribus nostris ut quidquid ratum tenere velent fideli literarum custodiæ commendarent.

— Notum igitur tam presentibus quam futuris esse volumus quod Ebalus, Falconis de Grandisson filius, per manus Cospertj edificatoris hujus loci ¹ dedit huic loco, qui prius Leona, postea Domus-Dej ² vocatus est, et fratribus hic deo servientibus, quidquid in piscina ³ in pratis vel in Lacu seu in silva vel in omnibus usamentis habebat, totum ad integrum possidendum in perpetuum tradidit, hinc autem dono interfuerunt Vldricus

de Grandissono Marinus de Cuarnens et fratres ejus scilicet Milo Stephanus et Anselmus, et omnes isti ibidem dederunt quidquid in silva dare potuerunt, hoc autem donum postea Ebalus Lausannæ confirmavit presentibus canonicis, Hugone decano, Vuigerio, Ludovico, Alberto et duobus militibus Renaldo et Bocardo.

¹ *Cospert* ou Gausbert, nom du premier abbé du Lac de Joux.

² La vallée et le lac de Joux ont porté successivement divers noms, dont le plus ancien est Leona ou Liona, qui s'est conservé dans celui de la Lionnaz, ruisseau qui se jette dans le lac, près de l'Abbaye; puis Domus-Dei (en latin), puis Lac de Cuarnens, et enfin Lac de Joux. Le nom de Locus-Pontii, heremita, ou le Lieu-Poncet, aujourd'hui le village du Lieu, désignait la partie occidentale du lac du côté de Risoux, pour la possession de laquelle l'Abbaye eut un long procès avec le monastère de Saint-Claude, qui se termina en 1219, par une transaction qu'on trouvera plus loin. — Voyez la notice sur la vallée du Lac de Joux de M. le doyen Bridel dans le Conservateur Suisse, T. 6., page 79 et suivantes.

³ Suivant l'acte ci-après de 1149 et un verbal de l'an 1408, cette piscine ou ce réservoir avait été construit de main d'homme, en retenant les eaux de l'Orbe, au-dessus des entonnoirs où elles se perdent, et forma plus tard le Lac-Brenet, lorsque ces entonnoirs eurent été bouchés. « *Piscina existente in dicta aqua Orbe, infinitate dicti Lucus a parte venti.* »

XIV.

Donation de Guy, Evêque de Lausanne, à l'Abbaye du
Lac de Joux.

(8 mars 1140.)

Archives de Lausanne. Registrature du Bailliage de Romainmôtiers,
T. II, N° 323.

Cum in gremio Sanctæ matris ecclesiæ multi ceteris prædivites foveantur et eos lex fidelium sustentare minus habentes amoveat Ego. Guido Lausannensis Episcopus quosdam dei servos et scilicet abbatem de Iaco et concanonicos suos quibus meæ possessiones impartiri particulam elegi. Noscant qui tam præsentibus quam futuri quod ego locum quemdam qui bella-vuarda vocatur in jurat¹ ad ædificandam abbatiam eis dono transfundo et eorum voluntati alligo et astringo, omnem et enim cultum sive incultum tam in terra quam in aquis et silvis quod in usu proprio ibi possidebam vel alii de me tenebant sicut mons gurgii et mons guberti² pendent et aquas jaciunt scilicet quod vulgo dicitur forest illuc usque ubi quidam rivus cadit in aquam granet³ liberum et ab omni exactione absolutum eorum facio. Concedo quomodo in prædicto loco omnibus qui voluerint, exceptis nominatim excommunicatis, libram et absolutam sepulturam. Factum est autem hoc donum octavo jolibus martii

Lausannæ in capitulo beatæ mariæ ipsius ecclesiæ, canonicis concedentibus et laudantibus et subscriptorum testimonio confirmatum. Arducius gebennensis Episcopus et lausannensis præpositus testis, Moïses abbas ⁴, testis, Richardus prior et Vuilellmus monachus et canonici Ermenradus decanus, Geroldus Cantor, Petrus de ponte, Algoldus, Uldricus de Corbeire, Petrus et Petrus atab..., hugo de Jolens, testes; Ludovicus decanus qui quicquid parrochialis vir infra suprascriptos terminos habebat ibidem coram prænominatis testibus ipsi abbati concessit et dedit. Amedeus dominus de Blonay quicquid in eodem loco sive in advocatia sive in decimis possidebat et insuper nominatam deciman de Poysdor ⁵ in manu mea ad opus eorundem fratrum deseruit et reddidit et hoc scripto restituari rogavit. Ego Guido episcopus testis Emerardus decanus et Udricus de Corsi et Richardus prior et Boso sacerdos, Valcherius de Poysdor.

⁴ *Bellevaux* dans le Jorat, au-dessus de Lausanne, où l'abbé du Lac de Joux établit une congrégation de religieuses Augustines, qui subsistat jusqu'au 15^e siècle.

² *Le Mont-de-Gourze* et le mont au-dessus du *Châlet-à-Gobet*.

³ Le *Grenet* est un ruisseau que l'on passe aux Cornes-de-Cerfs, l'affluent dont il est parlé ici vient du Châlet-à-Gobet, et bornait au nord-est le territoire concédé.

⁴ Moyse, abbé de Bonmont.

⁵ *Puydoux*.

XV.

Confirmation de la fondation de l'Abbaye du Lac de Joux,
par Guy, Evêque de Lausanne.

(a^o 1141.)

(Archives de Lausanne. Layettes de Romainmôtiers, N^o 130.)

In Nomine domini, ego Guido divina miseratione Lausan-
nensium humilis Episcopus, tam presentibus quam futuris,
cum omnibus qui mihi sunt commissi, maxime tam eis qui pro-
pria relinquentes, Christi pauperes sunt effecti, diligenter de-
beo providere; ut quod mea vel aliorum munificentia sunt
adepti, posterorum versutia seu violentia temere non invadat.
Igitur vestrae omnium dilectioni notum fieri volo, quod pos-
sessio ecclesiae de Lacu, ipsi Lacus est, et terra adjacens undi-
que lacuj, infra ambitum maiorum montium, qui dependent et
aquas iaciunt versus lacum. Ecclesia etiam de Quarnaus ¹ et
decima eiusdem villæ, et terra quam in eadem villa possidet:
Molendinum in eadem villa: Terra in Valle-Molonis ² et alia
terra in Montevilla ³. — Terræ et vineæ quas habet in Colum-
bério ⁴ et in Villario ⁵ et in Ferrariis ⁶ et Betanis ⁷ et in Vilar-
lucum ⁸ et in Subsilva ⁹. In Mastod ¹⁰. — Terra et vineæ in
Rivurio ¹¹. terra in Trivelino ¹² et vineæ quas vel a monachis
Lutriensibus emit, vel domna Fina ¹³ donante obtinuit. Terra
in Jurat ¹⁴, quam ego ei contuli: sicut Mons Gurgij et Mons-

Guberti ¹⁵ pendent, illucusque ubi quidam rivus cadit in
aquam granet ¹⁶. Æcclesia S^{ti} - Symphoriani ¹⁷ quam ei con-
tuli. — Actum anno Incarnati Verbi M^o C^o XLI. Domno Inno-
centio Romano pontefice.

Regnante Conrado rege.

¹ Cuarnens.

² Vaulion.

³ Montlavis.

⁴ Colombier.

⁵ Villaz-Esson.

⁶ Ferreyres.

⁷ Bellets.

⁸ Villars-Lussery.

⁹ Suscevez.

¹⁰ Method.

¹¹ Rivas, entre Saint-Saphorin et Cully.

¹² Trévelin, près d'Aubonne.

¹³ *Domina Fina*, c'est la femme d'Ebalde II de La Sarraz-Grandson, fondateur de l'Abbaye.

¹⁴ Le Jorat.

¹⁵ Le Mont-de-Gourze et le Mont au-dessus du Châlet-à-Gobet.

¹⁶ Le ruisseau du Grenet coule près du Châlet-à-Gobet, et des Cornes-de-Cerf.

¹⁷ Saint-Saphorin sur Morges.

XVI.

Donation d'Ardutius de Faucigny, Evêque de Genève et
Prévôt de l'Eglise de Lausanne à l'Abbaye du Lac de
Joux.

(a° 1141.)

(Archives de Lausanne, Registr. du Baill. Romainm., T. II, N° 323.)

Ardutius Sanctæ gebennensi Ecclesiæ minister humilis omnibus in Christo renatis in perpetuum sacratis deo virginibus quæ sub habitu Religionis pro opera sanctitatis christo suo ac benefactores suis assiduis vigiliis et orationibus eidem commendare student beneficiis subvenire et eas obnoxias nobis facere non modicæ felicitatis est. Inde est quod ego Ardutius gebennensis Episcopus illam medietatem censuum casualium pratorum quam in parochia de Chebri ¹, a domino lausannensi Episcopo tenui pro remedio animæ meæ et antecessorum meorum liberaliter donavi et contradidi sanctæ mariæ et sororibus de Rivorio ² tam præsentibus quam futuris et earum usibus in perpetuum profuturum Hæc autem Donatio celebrata est in manu domini Theoderici abbatis de lacu ad eius abbatiam et ad claustrum de Rivorio pertinere dignoscitur annuente et concedente domino Vuydone Episcopo lausannensi. Huius doni testes fuerunt Emeradus decanus et Giroldus cantor lausannenses canonici, Petrus major de Chebri et filius eius Reymondus Galcherus conversus Petrus de Dompero Uhicus et Johannes

filius eius de Poydoux, Aymo prior de Rivoria. Actum est hoc anno ab Incarnatione domini millesimo Centesimo quadragesimo primo Indicione IV, tempore Clementis papæ, Regnante Lutherio Imperatore 3.

¹ *Cherbres.*

² *Rivaz*, village à la Vaux, où les religieux de l'abbaye du Lac de Joux, venaient de fonder une communauté d'Augustines.

³ Le Pape régnant aⁿ 1141 était *Innocent II* et l'empereur *Lothaire* était mort depuis l'an 1137.

Aⁿ 1193, le 1^{er} avril, l'Evêque Roger de Lausanne donna à N..... abbé du Lac de Joux pour la maison des religieuses de Rivaz, un bois situé entre le chemin qui mène de Saint-Saphorin à Pully, et celui qui mène de Puidoux à Rivas: *actum in Palatio Lausannensis.*

XVII.

Reconnaissance d'Etienne, Abbé du Lac de Joux, relative
aux fondateurs de son Abbaye,

de l'an 1149.

(Grosse de l'Abbaye du Lac de Joux, cotté N^o 29, f^o 6 et 7, Archives de Lausanne.

In nomine Sancte et Individue Trinitatis, Ego *Stephanus*,
per dei patientiam dictus Abbas *Lacus Cuarnensis* ¹, quum
ceca rerum ambitio corda mortalium impretermisse sollicitat,

successibus alienis inhianter aspirat et propria parvipendens ad aliena plerumque manus rapaces violenter extendit; eminus lividorum calumpniis obviantes, utile duximus beneficia nobis collata quæ decursu temporum et labilis memoriæ defectu cogimur oblivisti. — Notum ergo esse volumus instantibus et futuris, Quod *Ebalus de Grandissono* benigne favore *Uxoris* et liberorum/suorum, *Rodulfusque* et *Milo de Cuarnens*, nichillominus laudantibus uxoribus et liberis suis, qui jure hereditario in communi territorio *ejusdem ville*, in ilvis, in pascuis, in aquis currentibus et in omnibus usamentis, et in *lacu Cuarnensi* et circa ipsum lacum, in pratis et nemoribus, in piscina supra lacum constructa ², mediam partem possidebant; eandem partem quam in omnibus memoratis possessionibus habebant, et appenditia circa lacum, sicut montes pendent et jaciunt aquas in ipsum lacum, omnia deo et ecclesiæ Mariæ Magdalene et fratribus, secundum tenorem regulæ beati augustini et institutionem præmonstratensis ordinis apud lacum Deo famulantibus respectu dei libere contulerunt. — *Willelmus de Corbères* ³ et *Lictodus* frater ejus, *Uldricus de Villar* ⁴, et *Christianus de Cuarnens*, hy quatuor in predictis possessionibus, residuam mediam partem habebant; Ceterum *Vuillelmus* et *Lictodus de Corberes*, quorum juris erat tertia pars mediæ partis omnium predictarum possessionum et familia multa in Cuarnens et *Villa* quæ *Mons* ⁵ dicitur, quidquid in possessionibus, et familia in totiis dictis locis habebant; preorsus absque ulla retentione, præfatæ ecclesiæ donaverunt. — Ut autem hæc donationes perpetue rate permaneant, præsens scriptum ymagine communis nostri corroborari, et testimonium subscriptione muniri decrevimus. — De dono *Ebali* testes fuerunt *Uldricus* Sacerdos de *Campania* ⁶ et alter *Uldricus*, *Hugo de Bincillar* ⁷; *Stephanus Gayus*, *Borcardus de Bectens* ⁸, *Lambertus de Montagniac* ⁹, *Rodolfus de Cuarnens*, *Hugo Minister*, De dono *Vuillermi de Corbères* testes fuerunt *Anselmus presbyter de Marsens*, *Petrus de Corberes*, *Euchagerius de Cuarnens*. De dono *Lictodi*, testes fuerunt *Milo de Cuarnens*, *Hugo de Bornul* ¹⁰, *Marinus de Gland*, *Berrardus de Monte* ¹¹ et fratres

Sui, Berterius et Milo. — De dono Rodolphi testes fuerunt, Uldricus, canonicus Lausannensis, et Uldricus et Milo de Cuar-nens, Buccardus de Bectens, Huguo de Benwillar, Stephanus Gayus, Ebalus de Grandissono, Lambertus de Montagniaco, Hugo minister. — Actum Divinitate Incarnationis, Millezimo, Centesimo, Quadragesimo Nono.

¹ *Lacus quarnensis*, le Lac de Joux.

² Le *Lac-Brenet*.

³ De Corbières, (Canton de Fribourg.)

⁴ De Villars-Lucery.

⁵ Mont-la-Ville.

⁶ Champagne.

⁷ Bonvillars.

⁸ Bettens.

⁹ Montagny.

¹⁰ Le moulin de Bornu près La Sarraz.

¹¹ Mont-le-Vieux.

XVIII.

Arrêt prononcé par l'Archevêque de Tarantaise et l'Evêque de Lausanne, entre l'Abbaye de St-Claude et celle du Lac-de-Joux, au sujet du Lieu, jadis habité par l'hermite Ponce et ses successeurs.

a° 1155.

(Grosse des droits de l'Abbaye du Lac-de-Joux, cotté N° 29, aux Archives de Lausanne.)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Petrus Dei gratia Archiepiscopus Tarentasiæ, Amedeus eadem Gratia Lausan-

nensis Episcopus. Quoniam hominum brevis est vita labilisque memoria, scripto placuit commendari quod dignum est memoria retineri; proinde notum sit tam futuris quam presentibus quod cum inter Ecclesiam de Lacu juriensi et fratres qui in loco Dompni Poncii hermite ¹ commorantur aliquamdiu causa fuisset agitata, tandem ex mandato summi Pontificis Nobis est commissa sive concordia sive judicio terminanda, itaque tam nobis quam hiis qui nostro interfuere consilio, visum est in eum modum providere et ne iterum eadem controversia repullulare possit scripto committere: statutum est ut fratres qui in eodem Loco commorantur, nullum alium recipere possint quamdiu ex eis decem super fuerint; hiis autem descendentibus usque ad decem, quatuor scilicet Cornatos et sex Laicos conversos habere poterunt, qui Episcopo Lausannensis obedientiam facere debebunt, alterius Ecclesie Monachum, Canonicum vel conversum nunquam recipient, sed tales qui de habitu seculari ad conversionem venerunt, si autem de hiis qui ibi modo commorantur aliquem non legitime ibi esse constituerint, ab Episcopo Lausannensis erit audiendus; animal nullum penitus habebunt. In Lacu una tantum nocte et die in hebdomada cum sagena aliis vero retibus quando placuerit, piscari poterunt; altare tamen et cimiterium Episcopus consecrare poterit; si vero, fratribus deficientibus Locus desertus fuerit, Ecclesie de Lacu in perpetuum remanebit. Alii vero Ecclesie vel monasterio Locum illum assignare non poterint. Hæc conventio ab utraque parte in manu nostra confirmata est; ne possit oblivione deleri vel in dubium revocari scripto eam placuit commendari et sigillorum nostrorum appositione testium quoque sub notatione roborari. Signum Rodulphi Abbatis Sancti Mauricii. — Signum Magni Abbatis Altecrestensis. — Signum Johannis Abbatis de Tela. — Signum Liverandi, Beroldi, Nantelmi decanorum et canonici Lausannensis. — Signum Uldrici et Anselmi canonici. — Signum Bartholomei. — Signum Ludovici — Signum Dalmacii. — Signum Ottonini et alterius Ottonini. — Signum Amedei et Lamberti de Cuarnens. Actum Lausannæ, anno Incarnationis divinitatis Millesimo

Centesimo Quinquagesimo quinto, Indictione quarta, concurrente quinta, Epacta vigesima sexta ².

¹ On lit dans un ancien verbal de l'an 1408 : « *Quendam villagium*
» *appellatum Locus*, vulgariter le *Lieu-Poncet* (aujourd'hui le *Lieu*),
» *quod villagium ideo appellatum est le Lieu-Poncet ex quo de primis*
» *Pontius hermita*, ejus reliqua et memoria nunc in vicinis honorantur
» *quasi fuerit beatus*, dictum villagium seu locum incoluit. »

² Les notes chronologiques ne s'accordent pas : l'an 1155 répond à l'indiction III, au concurrent V et à l'Épacte XV. — L'Indiction IV et l'Épacte XXVI, marquées dans la Charte, répondent à l'an 1156.

XIX.

Arrêt prononcé par Etienne, Archevêque de Vienne et Légat apostolique, sur les droits respectifs des Abbayes de St-Claude et du Lac-de-Joux, dans le territoire de la Vallée.

a° 1157.

(Grosse des droits de l'Abbaye du Lac-de-Joux, cotté N° 29, aux Archives de Lausanne.)

Quia necesse est ut ea que pacis intuitu concorditer gesta sunt Ecclesia Dei ad memoriam transferat, posterorum et hiis qui pacem oderunt malignandi prorsus tollatur occasio, idcirco

Ego Stephanus Dei miseratione Viennensium dictus Archiepiscopus, apostolicæ sedis Legatus, unacum Domino Petro venerabili Tarentasiensis Archiepiscopo et aliis quam plurimis sapientibus viris, controversia quæ erat inter Abbatem Sancti Eugendi et Abbatem de Lacu Juriensi, quam ex mandato domini Pape audiendam suscepimus, amicabili iudicio terminavimus et sigilli nostri munimine roboravimus concordie cuius modum acque tenorem in sequentibus duximus exprimendum. Abbas siquidem Sancti Eugendi Locum in quo Abbatia de Lacu sita est, quem juris sui esse dicebat, libere et quiete possidendum, quemdiu ordo premonstratensis ibidem viguerit, Abbati de Lacu et canonicis suis perpetuo jure concessit: ita tamen quod si fratres illius ordinis in distrane migraverint vel Locum penitus deseruerint, Abbas Sancti Eugendi qui sui juris sint ibi non amictat; pro piscina et pratis, fratres de Lacu in dedicatione Ecclesiæ Sancti Eugendi, centum sexaginta truitas prefate Ecclesiæ annuo censu persolvant. Locum autem quem Poncius hermita cum suis incoluit, Abbas Sancti Eugendi Ecclesiæ de Lacu libere et quiete possidendum concessit, ita tamen ut fratres de Loco tres solidos Lausannensis monetæ et tres libras Cere die prenominato singulis annis per solvant; incolæ autem illius Loci in tribus ejusdem lateribus quantum voluerint continuere excolere poterunt, præterquam grangias vel aliqua alia edificia ad manendum in illis tribus lateribus edificare vel construere nullatenus debent; in quarto autem latere versus Mutuam quantum iter in longum balista jacere poterit, et ultra juxta terminos quos Abbas Sancti Vicentii et Abbas Cornicolensis prefixerunt, eis extirpandum et excolendum permittitur. De cetero autem quod ad utriusque partis spectat utilitatem, ab utraque parte fixum est et provisum; ut spatium quod est inter Mutuam et locum predicti hermite Poncii aliquibus personis ad habitandum nullatenus debeat concedi. Hæc concordia facta est in presentia multorum sapientium virorum; si quis itaque contra eam temere attemptaverit, omnipotentis Dei iram incurrat et a communicatione corporis et sanguinis Domini alienus fiat, et nos, aucto-

ritate apostolica et nostra, perpetuo sublimus anathemati donec resipiscat. Sit pax diligentibus eam, Amen. — Hujus pacis testes sunt : Abbas Cornicolensis, Abbas de Bonomonte canonici Gebennensis, Almadricus decanus Wulielmus Alborici decanus, Savaricus de Trivillino. Factum est hoc anno ab incarnato Domino millesimo centesimo quinquagesimo septimo, inditione quinta, manu Andreæ, canonici Sancti Ruphi, archiepiscopi, cancellarii.

XX.

Bulle de confirmation du Pape Alexandre III en faveur de l'Abbaye du Lac-de-Joux, des possessions et privilèges de cette Abbaye, datée de Venise, du 29 septembre 1177,

(Grosse des droits de l'Abbaye du Lac-de-Joux, cotté N^o 29, aux Archives de Lausanne.)

Confirmatio Alexandri.

Alexander episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Gualtero Abbati Ecclesiæ Sancte Mariæ Magdalene de Lacu Juricensi ejusque confratribus tam presentibus quam futuris. Regularem vitam professis imperpetuum religiosam vitam eligentibus apostolorum convenit adesse præsidium, ne forte cujuslibet temeritatis precursus, ante eos expositus revocet aut rebus (quod absit) sacre religionis infringat; ea propter dilecti in domino filii vestris justis postulationibus clementer annui-

mus, et prefatam Ecclesiam in qua divino mancipati estis obsequio sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis ^{scripti} privilegio communimus. Imprimis siquidem statuentes: ut ordo canonicus qui secundum Deum et beati Augustini regulam atque constitutionem premonstratensium fratrum in eodem loco constitutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur; præterea quascunque possessiones, quecumque bona eadem Ecclesia in præsentiarum juste et canonice possidet aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis præstante domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis; Lacum ipsum et totam vallem in qua Abbacia vestra sita est omni parte, sicut montes versus Lacum pendent et aquam jaciunt, cum ipso Lacu et piscaria, a superiori piscina usque ad montem Risum ¹, Ecclesiam de Cuarnens cum terris et decimis et justiciis et familiis quas ibi possidetis, terram de Vallem-Leonis ², et terram quam habetis in Montevilla ³, Ecclesiam Sancti Simphoriani ⁴, cum vineis terris et decimis quas in eadem villa et adjacentibus villaris possidetis, terras et vineas quas in collomberio ⁵ et in Lonay ⁶ et in Echichen ⁷ et in Trivillin ⁸ et in Alamand ⁹ et in Balgez ¹⁰ possidetis, terras et vineas et familias quas contulit vobis bonæ memoriæ Albertus de Bectens ¹¹, terram quam habetis apud Bructignie ¹² et apud Villars-Luczon ¹³ et apud Villars-Odon, locum cum vineis de Rivorio ¹⁴, quem habetis ex dono bone memoriæ Guidonis quondam Lausannensis Episcopi cum decima ejusdem terre, Ecclesiam de Ornys ¹⁵ cum omnibus appendiciis suis, terram et vineas quas Ludovicus de Monte-Castro et filii ejus in Castanerio ¹⁶ Ecclesiæ vestræ contulerunt, terram et decimas quas habetis in loco qui dicitur Subsylva ¹⁷, Allodium de Montericherii ¹⁸, quod Aymo de Augusta tenebat a domno Dalmacio, de eodem Montericherii usamenta, et pastura de toto dominatu de Vuflens, sicut ea rationabiliter possidetis, terram quoque quam dominus ejusdem castri ad construendam domum libere vobis concessit,

pascus de Lantifer, quæ vulgus calcem de Jura vocat, quam vobis huguo de Grandissono in elemosinam dedit, terram quam habetis apud Oulen ¹⁹, et terram et familias quas habetis apud Bectens ²⁰, locum qui dicitur Sancta Crux ²¹ et duo molendina ejusdem loci, et terram quadam de Esserto, terram et vineas quas habetis apud Bremlens ²² et apud Sanctum Germanum ²³, tres solidos et novem nummos censuales quos habetis apud Vullierens ²⁴ et alios census nummorum quos habetis in diversis locis, terram et vineas de Luins. Paci quoque et tranquillitati vestræ, paterna diligencia proinde volentes, auctoritate apostolica prohibemus ut infra claustrum locorum seu grangiarum vestrarum, nullus violentiam facere, furtum seu rapinam aut ignem opponere, vel homines capere seu interficere audeat; sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extremæ voluntati qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat; salva tamen justitia illarum ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumuntur; cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat nobis clausis januis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, submissa voce divina officia celebrare. Sane novalium vestrorum quæ propriis manibus aut sumptibus colitis, sive nutrimentorum vestrorum animalium, nullus a vobis decimas presumat exigere decernimus; ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatam Ecclesiam temere perturbare aut ejus possessiones auferre vel ablatas retinere, minuire, seu quibuslibet vexacionibus fatigare, sed illibata et integra conserventur eorum pro quorum gubernatione et sustentacione concessa sibi usibus omnibus pro futuris, salva sedis apostolice auctoritate et diocesis Episcopi canonica justitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam scienter vel ignoranter infringere aut contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, ni presumptionem suam digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reumque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini redemptoris

nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine des-
trictæ ulcioni subjaceat. Cunctis autem eodem loco sua jura
servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi continua; hic
fructum bone actionis percipiant et apud districtum judicem
præmia æternæ pacis inveniant, Amen. Datum Venecii in Rivo-
Alto, per manum Graciani, Sancte Romane Ecclesiæ subdia-
coni et notarii, tertia kalendarum Octobris, Indicione unde-
cima, Incarnationis dominice Anno Millesimo Centesimo Sep-
tuagesimo Septimo, Pontificatus vero domini Alexandri Pape
tercii, Anno decimo nono.

¹ Mont-Risoux. — ² Vaulion. — ³ Mont-la-Ville.

⁴ St-Saphorin sur Morges. — ⁵ Colombier. — ⁶ Louay sur Morges.

⁷ Echichens. — ⁸ Trivelin sur Aubonne. — ⁹ Allaman. — ¹⁰ Bougy.

¹¹ Bettens. — ¹² Breteigny. — ¹³ Villars-Lussery.

¹⁴ Rivaz, à Lavaux. — ¹⁵ Orny. — ¹⁶ Châtagneria, cercle de Coppet.

¹⁷ Suscevaz. — ¹⁸ Montricher. — ¹⁹ Oulens. — ²⁰ Bettens.

²¹ Ste-Croix, au Jura. — ²² Bremlens. — ²³ St-Germain.

²⁴ Vullierens.

XXI.

Bulle de l'Empereur Frédéric I^{er}, confirmant les privilèges
et possessions de l'Abbaye du Lac-de-Joux, datée de
Mulhouse,

(Du 26 Août 1186.)

(Grosse des droits de l'Abbaye du Lac-de-Joux, cote N° 29, aux
Archives de Lausanne.)

Fredericus Dei Gratia Romanorum Rex Imperator semper
Augustus. Imperatoriam decet majestatem circa suorum negotia
fidelium eam adhibere diligentiam ut ea quæ de Principibus suis
ab arbitris sive judicibus legitime diffiniantur auctenticæ com-
mendet memoriæ, ne vel diffinita malignantium astucia in ques-
tionem retorqueat ne vel antiquitatis oblivio a posterorum memo-
ria quod factum est aboleat. Ea propter cognoscat tam presens
ætas fidelium Imperii quam successiva posteritas quod nos, moti
divine pietatis intuitu, concordiam illam quam Stephanus pie
recordationis Viennensis Archiepiscopus, unacum felicitis me-
morie Petro venerabili Tarentesis Archiepiscopo aliisque quam
pluribus sapientibus viris constituit et in auctenticum scriptum
redegit, super controversia quæ olim vertebatur inter Abbatem
Sancti Eugendi et Abbatem de Lacu Juriensi, super loco in
quo Abbatia de Lacu sita est et super loco quem Pontius her-
mita cum suis incoluit, sicut in instrumento dictorum Archie-
piscoporum rationibus suis et finibus determinata continetur,

eandem approbamus et approbatum imperiali auctoritate confirmamus, statuentes et eodem auctoritate sancientes ut nulla omnino persona parva vel magna secularis vel ecclesiastica hanc majestatis nostræ confirmationem audeat infringere nec aliquibus injuriis seu perturbationibus presumat attentare, quod si fecerit in ultionem temeritatis suæ componat centum libras Viennensis monete dandæ cameræ nostræ et reliquam injuriam passis. Ut autem majestatis nostræ pagina rata consistat et omni ævo inconcussa permaneant, eam conscribi jussimus et sigillo nostro communiri, hujus rei testes sunt : Martinus Viennensis Episcopus, Rogerius Lausannensis Episcopus, Nantelmus Gebennensis Episcopus, Comes Ludovicus de Sarre-Verde, Cono Damel, capellani nostri. Datum apud Mulhusen, anno dominicæ Incarnationis Millesimo Centesimo octuagesimo sexto, inditione quinta, septima kalendarum septembris.

XXII.

(Voyez p. 94, N° 210.)

Diplôme de l'Empereur Frédéric I^{er} en faveur d'Ebald IV,
Sire de La Sarraz, datée de Mulhouse,

(Du 26 Août 1186.)

Grosse de l'Abbaye du Lac-de-Joux, cotée N° 29, aux Archives de
Lausanne.

Fredericus Dei gratia Romanorum Imperatore et semper
Augustus. Imperatoriam decet majestatem circa suorum negotia

fidelium eam adhibere diligentiam ut ac quæ de Principibus suis ab arbitris seu iudicibus legitime diffiniuntur auctentice commendet memoriæ, ne vel diffinita malignancium astucia, in questionem retorqueat; ne vel antiquitatis oblivio a posterorum memoria quo factum est aboleat. Ea propta, cognoscat tam presens ætas fidelium Imperii quam successura posteritas. — Quod nos moti pietatis intuitu concordiam illam quam Stephanus pie recordationis Viennensis Archiepiscopus unacum felicitis memorie Petro venerabili Tarenthesiæ Archiepiscopo aliisque sapientibus viris constituit et in auctenticum redegit super controversia quæ olim vertebatur inter Abbatem Sancti Eugendi ⁴ et Abbatem de Lacu-Juriensi; super loco in quo Abbatia de Lacu sita est et super loco quem Pontius hermita cum suis incoluit sicut in instrumento dictorum Archiepiscoporum rationibus suis et finibus determinata continetur, approbamus et auctoritate Imperiali duximus confirmandam. Nostræ tamen intentionis existit quod per hoc viri dilecti fidelis nostri *Ebali de Sarrata*, domini Grandissoni, fundatoris dictæ Abbatie de Lacu, in nullo derrogetur, declarantes, statuentes et eadem auctoritate sancientes quod dictus Ebalus de Sarrata habet et habere debet jure hereditario ab antico et sibi auctoritate Imperiali attribuiimus et confirmamus et suis successoribus casttrum et villam Sarratæ ² tenentibus successive, merum et mixtum Imperium et omnimodam jurisdictionem in predictis locis et eorum territoriis ubicunque, et in illis partibus de Neiros-Joux ⁵, quas a nobis prefatus Ebalus tenet in feudum et a nostris predecessoribus ab antico, videlicet: a loco dicto Pierra-fuly ⁶ usque ad unam Leucam vulgarem prope lacum Quinssonez ⁷ secundum Vuandi patriam limitandam, et a monte nuncupato Risso ⁸, qui est de versus Montos ⁹, usque ad montem dictum Mont-Tendroz ¹⁰, qui pendet a partibus de Vuando sicut aquæ currunt et pendent a dictis montibus versus dictam Abbatiam et Lacus dictæ Abbatie, et versus aquam dictam Orbam ¹¹, quam egressum suum habet a dicto Lacu Quinssonez ¹², incedendo ad Lacum dictæ Abbatie ¹³. Statuentes in super, et eadem auctoritate sancientes, quod predictus Ebalus et sui successores pre-

dicti possint et valeant ædificare, levare seu construere in predictis locis et territoriis et limitibus ubicunque sibi placuerit, tanquam in rem suam, villam seu villas, domos, castra, fortalicia seu alia ædificia, unum vel plura, et ea in solidum vel in parte reassumere vel recognoscere se teneri ab uno alio domino, salva et promissa duntaxat fidelitate nostra. Sancientes eadem autoritate : ut nulla omnino persona parva vel magna, secularis vel ecclesiastica hanc majestatis nostræ declarationem sancionem et confirmationem audeat infringere, nec aliquibus injuriis seu perturbationibus presumat actemptare. Ut autem hoc nostræ majestatis pagina rata consistat et in omni ævo inconcussa permaneat, eam conscribi fecimus et jussimus et sigillo nostro communiri. Hujus rei testes sunt : Martinus Viennensis Episcopus Rogerius Lausannensis Episcopus, Nantelmus Gebennensis Episcopus, Cono Damel Cappellanus noster. Datum apud Mülenhûsen, anno incarnationis millesimo centesimo octuagesimo sexto, Indicione quinta, septima kalendarum septembris.

¹ *St-Claude.* — ² *La Sarraz.* — ³ *Noires-Joux.*

⁴ *Pierra-Fuly, ou Petra-Felix*, grande forêt qui couronne l'entrée orientale de la vallée du Lac-de-Joux.

⁵ *Le Lac-des-Rousses.* — ⁶ *Le Mont-Risoux.*

⁷ *Mouthé*, en Franche-Comté. — ⁸ *Le Mont-Tendre.*

⁹ *L'Orbe.* — ¹⁰ *Le Lac-des-Rousses.* — ¹¹ *Lac-de-Joux.*

Cette Charte a servi plusieurs fois de document pour fixer la délimitation de la Suisse et du Canton de Vaud avec la France.

XXIII.

Transaction entre B., Evêque de Belley, Abbé de St-Claude, et Humbert, Abbé du Lac-de-Joux, par laquelle la redevance de 160 truites est convertie en un cens de 45 sols de Genève.

(Datée du 6 Janvier aⁿ 1219)

(Grosse des droits de l'Abbaye du Lac-de-Joux, cottée N^o 29; aux Archives de Lausanne.)

Orta questione inter Ecclesiam Sancti Eugendi ex una parte et domum de Lacu de Cuarnens ex parte altera, pro centum et sexaginta truitis quas domus et canonici de Lacu annuatim Ecclesie Sancti Eugendi debebant, asserentibus canonicis se dictas truitas nulla ratione posse reddere pro et quod laïci in lacum a suis missi ita truitas consumpserant ut raro ibidem vix paucissime truite capi poterant, unde censum debitum penitus reddere non valebant, monachis vero pisces suos habere volentibus more solito et debito, tandem inter B. Bellicensem Episcopum et Abbatem Sancti Eugendi ac Humbertum Abbatem de Cuarnens de consensu monachorum Sancti Eugendi et monachorum de Lacu, mediantibus A. Priore de Alione et nobili viro Yblone de Montibus, compositio intersit et intercessit quod abbas et canonici de Lacu, pro centum et sexaginta truitis, quadraginta quinque solidos gebennensis monete abbati et conventui Sancti Eugendi annuatim et perpetue solvant censu quin-

que solidorum pro loco dompni Poncii et societate inter utramque domum firmata sicut in cartis utriusque partis continetur in suo statu et robore permanentibus, ita quod quinque solidi loco dompni Poncii et quadraginta quinque solidi pro aliis Abbati Sancti Eugendi et conventui in octabus Sancti Dionysii a dictis Abbate et canonicis de Lacu apud Sanctum Eugendum annuatim et perpetue solventur. Præterea in amplioris caritatis et concordie signum et firmamentum hujus, inde est a partibus compromissum: ut neque Ecclesia Sancti Eugendi domui de Lacu vel suis, vel domus ipsa similiter Ecclesiæ Sancti Eugendi vel suis, aliqua causa nisi in sua propria se opponant, sed potius sibi invicem auxilium impendant. Hanc compositionem ego B. Bellicensis Episcopus et Abbas Sancti Eugendi totusque ejusdem Ecclesiæ conventus laudavimus; similiter Humbertus Abbas totusque conventus ejusdem Ecclesiæ de Lacu eam nihillominus laudaverunt. Hæc dictæ compositionis carta est per alphabetum divisa et pars quæ penes Sanctum Eugendum remansit Domini Lausannensis et Abbatæ de Lacu sigillis est communita; pars vero illa quam Abbas et canonici de Lacu habent nostro et conventus Sancti Eugendi nihillominus insignita. Actum est hoc anno Graciæ millesimo ducentesimo decimo nono mensis Januarii, die Epiphaniæ.

XXIV.

Lettre reverse donnée par B., Evêque de Belley et Abbé de St-Claude, en faveur d'Ebal, Seigneur de La Sarraz, pour garantie de ses droits sur l'Abbaye du Lac-de-Joux.

(Du 6 Janvier 1219.)

(Grosse des droits de l'Abbaye du Lac-de-Joux, cottée N° 29, aux Archives de Lausanne.)

Nos B. Bellicensis Episcopus et Abbas Sancti Eugendi totusque conventus ejusdem loci notum facimus universis presentibus et futuris quod cum venerimus ad finalem concordiam cum Abbate et canonicis de Lacu de Cuarnens, mediantibus A. Priore de Alione et nobili viro Yblone de Mont, super centum et sexaginta truitas quas a dictis religiosis de Lacu de Cuarnens annualiter petebamus ad quadraginta quinque solidos gebennensis monetæ et pro loco dompni Poncii hermite ad quinque solidos nobis apud Sanctum Eugendum censualiter et annuatim solvendo per religiosos predictos, Nos per hoc volumus juribus quæ habent dicti religiosi et dominus Ebalus dominus de Sar-rata fondator Abbaciæ de Lacu predicto in juriis et terminis dictæ Abbaciæ in aliquo derogare, confitentes et recognoscentes quod nos non habemus nec habere debemus aliquam jurisdictionem vel aliquod jus meri et mixti imperii in juriis et confinibus dictæ Abbaciæ nisi tantum per unam leucam vulgarem

secundum Vuaudi patriam computandam ultra Lacum dictum Quinesonez, et a terminis dictæ leucæ prout Lacus de Cuar-nens et aqua dicta Orbas se gerunt, et a Lacu et aqua prædictis versus montem dictum Riso, et econtra ab alia parte versus montes de versus Vuaudi debet religiosus et fondatori prædictis et suis successoribus omnimoda iuridicio remanere in illis locis prout se gerunt per unam leucam vulgarem secundum Vuaudi patriam computandam. Nichil juris et iurisdictionis in iuris et terminis dictæ Abbatiæ superius limitatis Nobis et successoribus nostris retinentes, salvo nobis et nostræ Ecclesiæ perpetuo censu nostro predicto. In cuius rei testimonium nos Abbas et conventus Sancti Eugendi prenominati sigilla nostra apposuvimus huic scripto. Datum anno Graciæ millesimo ducentesimo decimo nono, mense Januarii, die Epiphaniæ.



XXV.

(Voyez page 80, N° 173.)

Donation de Landric, Evêque de Lausanne, au monastère de Haut-Grêt d'une cense à Chexbres.

(n° 1165)

(Archives de Lausanne, Inventaire Analytique vert, pag. N° 181.)

In nomine Sanctæ et Individuæ Trinitatis. Ego Landricus de Gratia Dei Lausannensis Episcopus dilectis fratribus de

XXXIV.

(Pages 113, N° 277.)

Transaction entre Odet, Abbé de St-Oyens-de-Joux, et Nicolas, Abbé de Bonmont, d'une, et le Seigneur d'Aubonne, d'autre part, concernant certaines montagnes, rappelant une inféodation de Berthold V, Duc de Zæringen, Recteur de Bourgogne.

(Du 4 Avril 1208.)

(Archives de Lausanne.)

Nous le frère Oddet de St-Oyens de Joux, abbé, et Nicolas de Bonmont d'une, et Amédée de Villars, seigneur de Ste-Croix, Coppet et Aubonne, d'autre, savoir faisons que comme ainsi soit que différents fussent meus entre nous les dites parties sur ce que nous les prédits Abbez comme étant indivis et ensemble associés dans les montagnes devant *La Brissenché*, spécialement : de la *Sciche*, *Elenche*, *Amburnex*, *Brutena*, la *Forma* et de *Cossonay*, et autres existantes dernier *La Sciche*, jusques à l'eau de l'Orbe et jusques au lac Quinsonnez, sommes possesseurs et paisibles Seigneurs utiles, tant au fief que juridiction et pasquerages des dites chaumes, et jouis-

sons de tout accessoire de jour à aultre , ce que nous le prédit Amédée de Villars ne voulons en aucune manière ainsi permettre , veu et attendu que nous , soit nos hommes et nos subjects pour nous , jouissons de la juridicque possession , et que nos Officiers usent et ont usé de la juridiction assérée indivise par les dicts Seigneurs Abbez sur icelles , et en outre de la haute-jurisdiction , en vertu de l'inféudation faicte à Seigneur Guerri , Jaques et Pierre , alors seigneurs d'Aubonne , l'an mille deux cents et huit , et le jeudi quatriesme Aperil , par seigneur *Berthold quatriesme de Zeringue* , ¹ comme seigneur de *Faud* , de toutes les montagnes existantes depuis le *Mont-Marchia* , dessus *Montricher* , du côté de bise , jusques au *Mont-Salla* inclus , et depuis le dit mont par certain chemin appelé *du Fuargne* , et par le dit chemin jusques au milieu de l'eau de l'*Orbe* du costé de vent , et dès-là de l'eau de l'*Orbe* en-dessus , jusques au territoire des seigneurs des *Monts* , assérant que la possession des dits Seigneurs Abbez , de laquelle il n'appert d'aucun droit escript , n'empêche qu'il ne nous appartienne en vertu de nostre droit. Toutesfois par le traité de Seigneur François de Collobrier et d'Amédée de Cossonay sommes convenus entre nous , assavoir : que nous le prédit Odet Abbé remettons et cédonns au dict seigneur d'Aubonne tout le droict que nous avons dans les prédites Chaulmes comprises et limitées dans la prédite inféudation , moyennant soixante livres à nous remises et payées. Et nous Nicolas , Abbé de Bonmont , permettons au dit Seigneur d'Aubonne de se pouvoir et debvoir servir de la juridiction haute insolidement et de la moyenne et basse par indévis avec nous sans aucune contradiction. Et nous Amédée de Villars donnons et largissons au dit Seigneur Abbé de Bonmont la directe seigneurie sur les prédites chaumes de la Seiche , Elenche , Amburnex , de Cossonay et Bruttinaz , avec les juridictions moyenne et basse par indivis avec nous et les nostres tant seulement , et non plus outre. Confessants moy le dit Nicolas , Abbé de Bonmont , que je n'ay aucun autre droict dans les aultres montagnes comprises en la dite inféudation , tant derrière la Seiche qu'autre part , hors ce que

dessus par le dict seigneur de Villars donné et concédé. Et moyennant ce que dessus, nous confessons d'estre de part à part bien d'accord, et promettons pour nous et les nostres de jamais y contrevenir en manière que ce soit. C'est pourquoi nous avons scellé les présentes de nos sceaux accoutumés. Donné et faict à Aulbonne, au chasteau du dit Seigneur de Villars, le vingt-sixiesme apvril mille trois cents et un. (1301.)

Pour collat.-vidimée,

(Signé) LOUYS COUDURIER.

Pour copie,

(Signé) DUBOIS.

¹ *Berthold V^e* du nom et IV^e recteur.